

1) Res gestae divi Augusti, 34:

In consulatu sexto et septimo, postquam bella civilia exstinxeram, per consensum universorum [potitus rerum omn]ium, rem publicam ex mea potestate in senatu[m] populique Romani a[r]bitrium transtuli. Quo pro merito meo, senatu[s] consulto, Augustus app[ell]atus sum et laureis postes aedium mearum v[estiti publice corona]ue civica super ianuam meam fixa est [et clupeus aureu]s in [c]uria Iulia positus, quem mihi senatum [populumque Romanu]m dare virtutis clem[entia]e iustitia[e] et pietatis causa testatum] est pe[r] eius clupei [inscription]em]. Post id tem[pus] auctoritate omnibus praestiti, potest[atis] autem n[on] nihilo ampliu[s] habui quam ceteri qui m[er]ito mihi quoque in ma[gis]tra[t]u conlegae [fuerunt].

2) Res gestae divi Augusti 20:

Duo et octoginta templa deum in urbe consul sex[tum] ex auctoritate] senatus refeci, nullo praetermisso quod e[st] temp[ore] refici debebat].

3) Plin. Nat. hist. XVI, 40, 201:

Abies admirationis praecipuae visa est in nave, quae ex Aegypto Gai principis iussu obeliscum in Vaticano circo statutum quattuorque truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum adduxit.

4) Svet. Divi Aug. 30,1:

Spatium urbis in regiones vicosque divisit.

4b) Porph. ad Hor. Sat. II 3, 281:

Ab Augusto enim Lares, id est dii domestici, in compitis positi sunt et libertini sacerdotes dati, qui Augustales appellati.

4c) Plin. Nat. Hist. III 66:

Ipsa (scil. urbs) dividitur in regiones XIII, compita Larum CCLXV.

5) Svet. Divi Aug. 31, 4:

Nonnulla etiam ex antiquis caerimoniis paulatim abolita restituit, ut ... ludos Saeculares et Compitalicios ... Compitales Lares ornari bis anno instituit vernis floribus et aestivis.

5b) Ov. Fasti V 145-146:

Mille Lares Geniumque ducis, qui tradidit illos,
Urbs habet, et vici numina trina colunt.

6) Res gestae divi Augusti, 9:

Vota p[ro] salute mea suscipi p[er] con]sules et sacerdotes qu[on]to qu[on]que anno senatus decrevit. Ex iis] votis s[ae]pe fecerunt vivo me [ludos aliquotiens sacerdotu]m quattuor amplissima colle[gia], aliquotiens consules. Pr]iva[ti]m et municipatim universi [cives unanimite]r con[tinente]r apud omnia pulvinaria pro vale[tu]din[e] mea s]upp[licaverunt].

7) Dio 53, 1, 5:

Καὶ αὕτη μὲν διὰ πέντε αἰετῶν μέχρι τοῦ ἐγίγνετο, ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μέλουσα, λέγω δὲ τοὺς τε ποντίφικας καὶ τοὺς οἰωνιστὰς τοὺς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλούμενος.

8) Svet. Divi Aug. 52:

Templa, quamvis sciret etiam proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia nisi communi suo Romaequae nomine recepit.

9) Liv. Per. 139:

Civitates Germaniae cis Rhenum et trans Rhenum positae oppugnantur a Druso et tumultus, qui ob censum exortus in Gallia erat, componitur.

Ara dei Caesaris ad confluentem Araris et Rhodani dedicata, sacerdote creato C. Iulio Vercondaridubno Aeduo.